

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Bernardi Primi Clarævallensis Abbatis, Ordinis  
Cisterciensium Antesignani, melliflui Ecclesiæ Doctoris  
Sermones In Dominicas & Festa per annum**

**Bernardus <Claraevallensis>**

LXIII. De tribus medis recuperande Beatitudinis à Christo præscriptis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39254**

Vel usque ad finem non perseverantes de medio itinere revertuntur. Tali-  
bus dicit Apostolus <sup>a</sup>: *Remissas manus, & dissipata genna erigite, & gressus  
rectos facite pedibus vestris, ut non claudicans quis erret, magis autem se-  
netur. Sequuntur & consequuntur, qui viam humilitatis eius devoto men-  
tis affectu perseveranter imitantur. Huiusmodi verè sequuntur Domi-  
num. Qui mihi ministrat <sup>f</sup>, me sequatur, id est, me imitetur. Quo fructu?  
Vt ubi sum ego, inquit, ibi sit & minister mens. Fructus itaque huius imita-  
tionis, manlio est æternæ beatitudinis.*

## S E R M O L X X I I .

De tribus mediis recuperandæ beatitudinis à Christo præscriptis.

*Qui vult venire post me, &c.*

**Q**ui vult, veniat post me, per me, ad me. Post me, quia veritas sum : <sup>a</sup> *Luc. 9. d*  
per me, quia via sum : ad me, quia vita sum. *Qui vult venire post me,  
abneget semetipsum & tollat crucem suam, & sequatur me.* Tria proposuit  
Christus Dei virtus & Dei sapientia, Angelus magni consilii, animæ ratio-  
nali ad imaginem Trinitatis factæ, scilicet servitutem, vilitatem, asperita-  
tem. In abnegatione sui servitus ; in toleratione crucis vilitas ; in imita-  
tione Christi designatur asperitas : ut quæ per inobedientiam de statu tri-  
nitatis felicitatis ceciderat, humiliata afflictione trinæ miseriæ per obedien-  
tiā resurgat. Ceciderat enim à seipso, à societate Angelorum, à visione  
Dei, id est, à libertate, à dignitate, à beatitudine. Audiat ergo consilium,  
ut abnegando semetipsam, id est, propriam voluntatem, sui libertatem  
recuperet : tollendo crucem suam, id est, carnem suam cum vitiis & con-  
cupiscentiis crucifigendo, per continentia bonum recuperet societatem  
Angelorum: sequendo Christum, id est, eius passionem imitando, recupe-  
ret claritatis eius visionem : quia si compatimur ei, & conregnabimus <sup>b</sup>.

<sup>b</sup> Rom. 8. d

## S E R M O L X I V .

De pretiosa vita & morte sanctorum.

*Precioſa in conſpectu Domini mors sanctorum eius.* <sup>a</sup> Psal. 113. 2

**P**recioſam in conſpectu Domini mortem sanctorum eius facit aliquan-  
do vita, aliquando cauſa, aliquando vita ſimul cum cauſa. In Con-  
fessoribus qui in Domino moriuntur, facit precioſam, vita. In Martyribus,  
qui pro Domino moriuntur, facit eam precioſam, aliquando ſola cauſa  
aliquando cauſa pariter & vita. Et illa quidem mors precioſa eſt, quam  
commendat vita: precioſior vero quam facit cauſa, precioſiffima vero  
quam prævenit vita ſimul cum cauſa.

Porro tria ſunt quæ sanctam faciunt hominis vitam; vicius ſobrius, a-  
etus iuſtus, ſenſus pius. *Victus ſobrius erit, ſi continenter, ſi ſocialiter, ſi  
obedient.* <sup>a</sup> Triafacione  
hominem ſob-  
rius

*Mors sancto-  
rum tripliciter  
precioſa.*